TORBA - Privilegio rilasciato a PIETRO PUSTERLA dalla Duchessa BIANCA MARIA VISCONTI il I7/5/I462

Fiume Olona
T O R B A
Privilegio
PUSTERLA 0°
I462

I462
I7/5 Privilegio confermato dal not. C° ANTONIO LUALDI notaio

(n.° 9)

Blanca Maria Vicecomes ducissa Mlni Papie, anglerie, &
comitissa et Cremone Domina.
Repetentes animo nostro singularem fidem, et devotionem
non mediocrem, quas erga nos Statumque nostrum Speltabilis
Petrus de Pusterla aulicus noster dilectissimus totis viribus semper
habuit: Et considerantes post hac illius promerita, que profecto
maxima sunt, prudentiam simul, et rectitudinem, continentiam,
et plurimarum rerum experientiam ceterasque virtutes suas
quibus omnibus actum est. Ut liberalitate, et gratia nostra
apud nos se se per optime dignum prestiterit, et ad eam prose-
quendam pro aliquali illiusmodi promeritorum suorum retri-
butione nos pronas reddent: Tenore presentium motu proprio
ex certa scientia, e de nostre potestatis plenitudine, eidem
Petro pro se suisque heredibus, et successoribus damus, concedi-
mus, et impertimur jus, et facultatem extrahendi, et deducendi
ex flumine Ollone quamlibet quantitatem aque, necessariam
pro irrigatione pratorum, et bonorum de Turba tam factorum, quam
fiendorum, et hoc ultra illam quantitatem aque decurse, et
que decurritur in quamdam rugiam de cujus rugie aqua irrigata
+ et adaquata fuerunt per tempora retroacta et irrigantur dicta
Prata dictorum bonorum de Turba: Cum hoc tamen quod ipsa
acqua adimpleta ipsa irrigatione revertatur in alveum dicti
fluminis Ollone; Et hoc non obstantibus aliquibus Legibus
statutis, decretis, prohibitionibus, et ordinamentis nostris,
et communis nostri Mediolani, quibus omnibus, in hac
parte dumtaxat ex certa scientia derogamus. Ex Medi
[illegible] MCCCCLXII

Locus Sigilli

Gallasinus.

= Registrata per me Johannem de Arm
= anis in Libro Registri Rubeo in foglio
= CXXVII existente ad Offitium Dom
= inorum Sindicatorum Comunis Mediolani

Exhibitum mihi ut infrascto Concordat cum
pergamena mihi exhibita collationata mox
exhibenti restituta et in fidem J. C. Octavianus
Puteobo Notarius de Collo [illegible]
Ab hoc fideliter extracta exhibetur pre-
sens copia per me collationata cum
concordat ut supra; et in omnia [illegible]
Ego J. C. et C. Carolus Antonius Rivaldi
de Collo Notarius attestor